Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sequit tertius nocturnus
Ps 26 Dominus illuminatio mea et salus mea
quem timebo Dominus protector vite mee a quo timebo
Si consistat adversum me castra non timebit cor meum Si exurgat adversum me prelium
in hoc ego sperabo Unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibus diebus
vite mee Ut videam voluntatem domini et
visitem templum eius Exaudi domine vocem meam qua clamavi ad te
miserere mei et exaudi me Tibi dixit
cor meum exquisivit te facies tua domine requiram Ne avertas
faciem tuam a me ne declines in ira a servo
tuo Adiutor meus esto ne me derelinquas
neque despicias me deus salutaris meus
Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt
me Dominus autem assumpsit me Ne tradideris
me in animas tribulantium me quoniam insurrexerunt
in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi
Credo videre bona
domini in terra viventium Psalmus 27 Ad te
exaudi domine vocem meam ne tacueris a me ne
ad te Ne sis tradas me cum peccatoribus
et cum operantibus iniquitatem ne perdas me et
ne perdas me Qui loquuntur pacem cum proximo suo mala autem in
cordibus eorum Quam non intelligent opera domini
Benedictus dominus quoniam exaudivit vocem deprecationis mee
Dominus adiutor meus et protector meus et in ipso speravit cor meum et
adiutus sum Gaudebit caro mea et ex voluntate mea confitebor illi